BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIE SIÈCLE
2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).......	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe).	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	/3 nov./1662	II	153
LE BOUTHILLIER(François)...	Théologie	/13 fév/1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)..	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)............	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)...........	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne).........	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges).....	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent).........	Théologie	/8/ mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)........	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)........	Philosophie	/5 septembre/ 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques).....	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)......	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)....	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)....	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean).............	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)........	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND(Fr.Guillaume)...	Théologie	/10 jan.1662/	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas).........	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François).......	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles).........	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)..........	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)......	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER(René)...........	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)...	Théologie	/29/sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude).......	Théologie	/7 juin/1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)..........	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)............	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et
				180bis.
LEOTAUD (Charles)..........	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)...	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)....	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-François de)....	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)...........	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper).......	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSE (F.Pierre)........	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)............	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas).........	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....	Philosophie	10 août 1662	II	190

MAILLET (Pamphile).........	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)...........	Théologie	/11/avr.1663	II	192
MALITOURNE (Jacques).......	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)...........	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas).........	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)........	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de).........	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNE (F.Georges)..........	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)...........	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)...........	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas).........	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).	Théologie	/8/août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)...........	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent).............	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)..............	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)............	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles).........	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)...............	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)...........	Philosophie	/16/août1671	II	212
MORIN (Henri)..............	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)...........	Droit canon	/16/avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre).........	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)..............	Théologie	/14 nov/1669	II	216
NOÜET(Anne)................	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu).........	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François).....	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART(Jacques)..........	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)...........	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)......	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)...........	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume).........	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES(Bernard)...........	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES(Louis).............	Philosophie	lerJuil.1657	II	229
PIETRE(Paul-Claude)........	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean).................	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)................	Théologie	/23 fév/1662	II	232
PISTEL (Laurent)...........	Philosophie	16 juil.1662	II	233

POITEVIN (Armand)..........	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)............	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ(René).......	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)..............	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)..........	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL(John)..............	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).............	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)...........	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)...........	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)...........	Théologie	/30/août1664	II	243
RESTAURAND (F.André).......	Théologie	/11/oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)..............	Droit canon	/30/déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de).........	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de).........	Théologie	ler fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)............	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE(Simon)............	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)........	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean).............	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)........	Théologie	/4/janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)...........	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de).......	Théologie	/23/fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)..	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel).............	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)...........	Théologie	ler fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond).........	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de).....	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)........	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)........	Théologie	/3/févr.1661	II	263
TERRAT(Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine).........	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonsede)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)............	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)............	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)...........	Théologie	/31/déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)........	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOoo--

1158445551

EX LOGICA.

I.

PRIMVS author Philoſophiæ Deus eſt, ſedes humana mens, obiectum res omnes, finis proximus veritas & virtus; remotus, beatitudo. Primo parenti gratis conceſſa fuit, à poſteris eius nonniſi improbo labore comparatur.

II.

LOGICA vna ars eſt & ſcientia practica, eadem docet & vtitur, obiectum habet ens rationis Logicum, cæteriſque ſcientiis comparandis nõ vtilis modo, ſed & neceſſaria eſt. Ens rationis homo & Angelus facere poteſt, non Deus.

III.

VNIVERSALIS materiam natura fabricat, formam intellectus abſtrahendo facit, totum comparando abſoluit: quintuplex eſt. Genus conſeruatur in vnica ſpecie, ſicut ſpecies in vnico indiuiduo

IV.

ENS reſpectu Dei & creaturæ ſubſtantiæ & accidentis nec vniuocum eſt, nec genus. Genera ſuprema duo, totidemque categoriæ, decuplex tamen in praxi retineatur. Subſtantia cœterarum baſis & princeps Chriſtum hominem includit, non Deum.

V.

ESSENTIA quantitatis in extenſione internâ conſiſtit. Qualitatis ſpecies bimembris quadruplex. Relatio includit eſſentialitèr terminum, modo abſolutum, modo relatiuum. Nihil ſuperaddit ſubiecto fundamento & termino ſimul ſumptis.

VI.

PROPOSITIO omnis vel vera, vel falſa eſt, duarum tamen de futuro contingenti contradicentium (ſi præciſè ſumantur) neutra determinatè vera eſt, vel falſa. Opinio fides & ſcientia de eodem ſimul ſtare nequeunt.

EX ETHICA.

I.

ETHICA ſcientiæ ſimul & prudentiæ dignitatem obtinet, reſidet in mente, actiones humanas vt honeſtati ſubditas conſiderat, beatitudinem vt finem intendit, iuuenem rationis compotem auditorem non reſpuit.

II.

BONVM duplex, aliud abſolutum, aliud reſpectiuum; Huius ratio in conuenientia ſtat reſpectiuâ. Bonum omnia prorſus appetunt, adeo vt nulla voluntas malum vt malum deſideret. Nullum vtile abſque honeſto.

III.

OMNIA finem aliquem intendunt. Sola tamen agentia intellectualia, finem formalitèr ſumptum attingunt. Omnis quidem finis bonus eſt, ſed non omne bonum eſt finis. Vltimum ſemper intendit homo, ſed tantummodo vnicum.

IV.

AD beatitudinem homo natus eſt & deſtinatus: Naturæ tamen viribus non comparatur. Obiectum beatificum Deus eſt ſummè verus & ſummè bonus, beatitudo formalis clara eius viſio & æterna fruitio.

EX ETHICA.

V.

VNICVIQVE rependetur merces ſecundum opera ſua, inæqualibus laboribus, inæqualia præmia, ſed certa & ab omnibus periculis penitus ſecura. Beatus nec dolore affici, nec peccati labe coinquinari poterit.

VI.

INTELLECTVS & voluntas ſe mutuo mouent, ille proponendo, hæc imperando: Huius imperium ad omnes facultates ſe extendit, non tamen in omnes æquale eſt: Aliis enim deſpoticè, alijs politicè præeſt.

VII.

VOLVNTARIVM metu minuitur, concupiſcentiâ ſæpe augetur, ignorantiâ antecedente ſicut & violentiâ tollitur. Libertas eſt poteſtas agendi & non agendi, finem intendit: ſed circà media occupatur, oritur ab intellectu, ſed reſidet in voluntate.

VIII.

BONITAS moralis ex integris omnibus, maximè tamen ex fine repetitur; malitia ex quocumque defectu, eſt que mera priuatio. Actiones humanæ in ſpecie quidem indifferentes eſſe poſſunt, in indiuiduo nequeunt.

IX.

PASSIONES naturæ fætus ſunt, ſæpe rebelles, euelli tamen penitus nequeunt, duci ac regi poſſunt. Nec bonæ ſunt nec malæ, ſed in vtramque partem flexibiles. Vndecim ſunt, omnes præter iram contrariam agnoſcunt.

X.

HABITVM recipiunt intellectus, voluntas, Phantaſia, appetitus, non vis motrix: inchoat primus actus, cæteri perficiunt, contrarii corrumpunt, eneruat ceſſatio, & ſi diuturna fuerit, totum ſæpé tollit. Aut ergo progredere, aut regredieris.

XI.

VIRTVTIS ſemina natura ſubminiſtrat, habitũ frequens actus & labor aſſiduus generat. Vna nequit eſſe in ſtatu heroïco ſine cæteris. Virtutum omnium maxima charitas eſt, ſine qua cæteræ languent, & vix virtutis nomen merentur.

XII.

HABITVS virtutum moralium bene vtentibus bonæ ſunt; male & malo inſeruiunt; non ergo ſunt eſſentialiter boni. Nihil bene fit ſine amore primi boni, cum eo omnia bene, ergò dilige, & fac omnia.

XIII.

VIRTVS in officio ſuo mediocritatem ſeruat. Iuſtitia vindicatiua duobus hinc inde vitiis cingitur; volenti non fit iniuria. An iudex debeat iudicare ſecundum allegata & probata necne Ipſe videris: vtraque pars probabilis eſt.

XIV.

QVATVOR ſunt virtutum cardines, prudentia in intellectu reſidet, cæteræ in voluntate, fortis nec duello confliget, nec ſe ipſum interficiet: ſuſtinens aggreſſore fortior eſt. Verus amicus, rarus homo, animam pro amico effundet.

EX METAPHYSICA

I.

METAPHYSICA ſapientia ſimul & ſcientia, contemplatur ens ab omni materia abſtractum; cuius externa conſtitutionis principia nulla ſunt, cognitionis tamen multa & ſimplicia & complexa; inter hæc eminet illud, impoſſibile eſt, &c.

II.

ESSENTIÆ reales æternæ, otioſæ mentis figmenta, nec reales nec quidquam ſunt actu ante exiſtentiam, à qua realiter non diſtinguntur. Subſiſtentia non eſt modus à naturâ ſubſtantiali diſtinctus.

III.

ANGELOS eſſe ſuademus non demonſtramus. Spiritus ſunt omnino puri; ſed vt nobis appareant, corpora aſſumunt, quæ breui poſt perfecto opere conſumunt. Species intelligibiles à Deo habent. Naturæ arcana penetrant, non cordis ſecreta.

IV.

DEVM eſſe, qui cœlum intuetur, negabit nemo. Eſſentialiter exiſtit, ita ſimplex, vt omnem compoſitionem etiam rationis excludat: Ita infinitus, vt quamuis ab omnibus cognitus, à nullo comprehendatur omnipotens & immenſus.

EX PHYSICA

I.

PHYSICA corpus naturale contemplatur, cuius principia neque innumera ſunt, neque etiam vnum tantum: ſed tria materia forma & priuatio: recedat ergo à principiis forma recedens; compoſitionis vero duo.

II.

GENERATIONES quotidianæ ſubiectum aliquod commune & primum arguunt, quod nos materiam primam appellamus. Exiſtentiam aliquam ſibi propriam vindicat, licet à forma prorſus inſeparabilem.

III.

PVRA eſt potentia, non Metaphyſica, ſed Phyſica, omnium capax & auida formarum, primo quidem ſubſtantialium, deinde accidentalium. Omnium corporum eadem eſt ſpecie materia, etiam cæleſtium & ſublunarium.

IV.

NVNQVAM omni formâ ſubſtantiali vacat, nunquam tamen eadem numero duas compatitur ſimul. Forma corporeitatis à propriâ compoſiti formâ diſtincta, ſuperflua prorſus eſt, & adeo nulla.

V.

FORMA materialis extra materiam nulla ratione ſeruari poteſt, bene tamen ſpiritalis. Materiales omnes ex materiæ gremio educuntur: quanquam in ea non actu, ſed poteſtate tantum contineantur.

VI.

CAVSA eſt principium influens eſſe in aliud, ab effectu ſemper diſtinguitur, eoque prior & nobilior eſt. Quadruplex vulgo recenſeri ſolet, cui ſi exemplar addideris, quintuplex cauſæ genus inuenies.

EX PHYSICA.

VII.

MATERIA & forma ſibi mutuo & totius concauſæ ſunt. Finis cauſæ rationem obtinet & abſens & præſens: mouet agens non ſecundum eſſe intentionale, ſed reale, aſt nunquam ſine intentionali. Actio non eſt entitas media inter cauſam & effectum.

VIII.

ONNIA ex nihilo ſolus creauit Deus, qui ſolus creare poteſt, & creata benignè conſeruat, non tamen ſolus: Mouet omnia, aut ſi mauis præmouet, etiam Phyſicè, libertate ſemper illæſa. Accidens producit ſubſtantiam. Agens non agit in diſtans

IX.

NATVRA duplex, materia & forma, vtraque eſt principium motus & quietis, ſe ipſis ſine modo vniuntur, & coaleſcunt in totum, quod à partibus ſimul ſumptis non diſtinguitur. Ars imitatur naturam, eamque aliquando in auri fabrica conſequitur.

X.

CONTINVVM partibus perpetuò diuiſibilibus, & à ſe diſtinctis conſtat: indiuiſibilia omnia reſpuit. Infinitum creatum nec eſt, nec eſſe poteſt. Vnum locum plura corpora, & plura loca vnum corpus diuinitùs implere poteſt; vbi nihil eſt præter corpus & locum.

XI.

VACVVM natura neſcit, ab Angelo non patitur: in eo fieret motus localis, qui eſt eſſentialiter ſucceſſiuus. Grauia & leuia à generante mouentur: motus termini ſunt quantitas, qualitas, vbi; eius duratio eſt tempus, ab ipſo non diſtinguitur.

XII.

IN tempore Deus creauit Mundum, qui ab æterno eſſe non potuit: vnum fecit qui plures facere poteſt: perfectum qui perfectiorem, ita tamen condidit perfectè vt ſuum ſemper arguat & teſtetur authorem.

XIII.

COELVM corpus eſt ſimplex, compoſitione tamen non carens: animam non continet quanquam omnia contineat; incorruptibile creditur, ſed neſcio an demonſtretur: globi cæleſtes voluuntur ab Angelis; in hæc inferiora influunt, non in mentis interiora.

XIV.

ELEMENTA ſunt quatuor, ſuis ſingula contenta locis, ſimul tamen reperiuntur vt in ſe inuicem agant, alia leuitate ſurſum feruntur, alia grauitate deſcendunt: omnia in loco naturali ſemel obtento ſine vlteriori conatu placidè conquieſcunt.

XV.

EX conflictu elementorum naſcitur mixtum, quorum qualitates retinet, non formas. In corruptione non fit reſolutio vſque ad materiam primam. Qualitas non radicatione, ſed additione partis intenditur, ſicut detractione remittitur.

XVI

ANIMA eſt actus primus corporis organici &c. triplex diſtinguitur, ſed præcipua eſt rationalis, quæ & ſpiritalis eſt & immortalis: vna in vno homine; in fœtu ſuperflua eſt animarum ſucceſſio.

Has Theſes Deo duce, & auſpice, B. V. tueri conabitur IOANNES PVRCELL *Kilkenienſis Hibernus. Die Dominica 4. Iunij Anno 1666 à 1. ad veſp.*

Arbiter erit MICHAEL MORVS Philoſophiæ Profeſſor

PRO TERTIO ACTV PVBLICO

IN AVLA GRASSINÆA